



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lvitprandi Ticinensis Diaconi Opvscvlvm, De Vitis Romanorvm Pontificvm

Liutprandus <Cremonensis>

Mogvntiae, 1602

LVII. Bonifacivs II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11115

& veteris testamenti precepta, & ponit illa, & illis positis, dicit. Si Iudæi hoc faciebāt, multo magis nos debemus templa ædificare, & ornare, & sacrare, & non aliis in locis, quàm Deo ab Episcopis sacratis Missas celebrare, nec sacrificia Domino offerre, nisi hoc summa necessitas exigat. Et satius est Missam non cantare, aut non audire, quàm in his locis fieri, in quibus fieri non oportet. Sollemnitates verò dedicationum Ecclesiarum & Sacerdotum per singulos annos celebrandas esse asseruit: in eadem dicens, ipsum Dominum exempla dedisse, qui ad festum dedicationis templi venit, & quod octo dierum sint encœnia celebranda libri Regum dedicatione templi peracta ostendunt. De Ecclesiarum verò consecratione ita præcepit. Quotiescunq; dubitatur, & nec certa scriptura, nec certi testes existunt, à quibus consecratio sciatur, absque ulla dubitatione scitote eas esse faciend. Quotiescunq; dubitatur, & nec certa scriptura, nec certi testes existunt, à quibus consecratio sciatur, absque ulla dubitatione scitote eas esse faciend. Quotiescunq; dubitatur, & nec certa scriptura, nec certi testes existunt, à quibus consecratio sciatur, absque ulla dubitatione scitote eas esse faciend.

** faciat deterrandus: nec talis trepidatio * fiat de iteratione, quoniam non monstratur esse iterationem. iteratum, quod nescitur factum.*

De cons. d. 1. c. solennitates.

Ioan. 10.

3. Regum. 8.

LVII.

A. D. XXX.

BONIFACIUS II

** Sigibuldo.*

BONIFACIUS, natione Romanus, ex patre* De habentino, sedit annos 2. dies 22. Fuit autem temporibus Athalarici regis hæretici, & Iustini Augusti. Hic facta dissensione in clero & senatu in contentione ordinatur cum Dioscoro. Sed Dioscorus non multò post defunctus est. Vnde Bonifacius iam pacificè sedem adeptus, quasi damnans Dioscorum, noluit clerum, qui Dioscoro fauerat, nisi de vinculo anathematis pœnitentiæ satisfactione præmissa in communionem suscipere. Qui postea congregata Synodo decretum fecit, vt sibi successorem deberet eligere, & scripto & iuramento ipsum decretum muniri iussit. Quod quia contra canones statutum fuerat, à congregatione iterum in Synodo Episcoporum ratione cassatum est, & chirographum, quod inde factum fuerat igne consumptum est.

Hic Eulalio Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopo epistolam scripsit, in qua ei Carthaginensem Ecclesiam ad Romanæ Ecclesiæ communionem reuersam esse significat, quæ à tempore Aurelii ab ipsa discesserat. Aurelius enim præfata Ecclesiæ olim Episcopus cum collegis suis instigante diabolo superbire temporibus prædecessorum nostrorum, Bonifacii ac Cælestini contra Romanam Ecclesiam cœpit. Hic defunctus est 16. Kalend Nouemb.

LVIII.